



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ecclesia**

**Buchinger, Michael**

**Dilingae in Rhetia, 1556**

**VD16 B 8998**

Ecclesia quid.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](#)

# ECCLESIA Quid.



ECCLESIA  
CATHOLI  
CA MILI=  
TANS. Et  
sanctorum com=

muniō seu con=

gregatio, (uide

Hieronym: ad

Gerontiam de=

mono: ) complectens tam bonos quam malos: De In Ecclesia  
monstrat parabola Euangelica de area, Matth. boni pari  
13. tritico et palea: item altera de sagenā missa ter & ma=

li.

in mare. Est autem duplex uerriculum, unum,  
prædicationem Euangelicam designat, quod tra=

xerunt Apostoli et posteri, de quibus Hier. 16.

Alterum calumniatoris est, de quo habacuck  
cap. 1. Et Ecclesiast. 7. etc. Vel aliter, EC=

CLESIA est multitudo uel collectio fi=

delium fide et charitate unita, pro qua unione

Christus orauit Ioan. 17. Dicens: Pater rogo

ut omnes unum sint, sicut tu pater in me, et ego

in te. etc. Vel ut Lactantij uerbis utar, lib. 4.

diuinarum institutionum cap. ultimo. EC=

CLESIA catholica est, quæ uerum cultum re

B tinct.

tinet, & in qua uera religio est, scilicet confessio & pænitentia, quæ peccata, et uulnera delinquentiū salubriter curare potest &c. Hæc hæc tamen inconcussa stetit propter constantiam fidei in Christum, unde non immerito dicitur peccata offensionis & scandali, quando ad eam quam plurimi hactenus collisi.

## ECCLESIA EX PLVRI-

bus constat.

**C**onstat autem Ecclesia, (in qua à bonis deus colitur 1. Thessal. 2. 1. Timothe. 3. Acto. 12. 1. Pet. 5. &c.) Ut latius discutimus deo annuente, ex pluribus, Barbaris putatis Græcis, Latinis, Hebræis, pueris, senibus, dominis, scrulis, masculis, fœminis, non genus, non conditio aditum regni cælorum obstruit.

Breuiiter, tenetur quilibet Christianus firmiter credere, VNAM esse in terris VNIVERSALEM ECCLESIAM VISIBILEM, ut paulò post dicetur, in fide & moribus errare non ualentem: Cui omnes fideles, in ihs quæ sunt fidei, & morum, obedire adstringuntur.

## VNA ECCLESIA.

**E**ST autem VNA ECCLESIA cum illa ueteri Ecclesia Christi, (utranq; connectit lapis angularis) habes immobile ac solidum